



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLVI. Notiz über Beleihung eines Bürgers zu Perleberg mit Hebungen aus der Münze zu Kyritz, vom Jahre 1333.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

*F*chor. in curia kub. *F*chor., in curia hinrici dammen VI modios absque censu. Cum quibus bonis altare in honorem sancte marie virginis sanctique iohannis baptiste in ecclesia sancti iacobi ibidem fundatum liberaliter dotauerunt. Vt autem hec omnia et singula inuolabiliter obseruentur et ut nos bonorum operum istorum participes fieri meramur, — dictorum bonorum proprietatem dimittimus et conferimus, gratuite relaxando. Ipsa quoque bona eximimus ab omni precaria, omni seruicio publico et priuato, ab omnibus contributionibus, vecturis, vexacionibus, angariis et perangariis et aliis infestacionibus, quibuscumque censentur nominibus, cuncto tempore successuro, nichil nobis aut nostris heredibus successoribus penitus referuantes; sed cum omni libertate iuste proprietatis titulo ad memoratum altare in perpetuum liberaliter pertinebunt. Huius rei testes sunt hermannus de cleynow, ludolphus nigenkerken, milites; godekinus de molen famulus et quam plures alii fide digni. Actum et datum sub anno incarnationis M^o. CCC^o XXXII^o, feria quarta proxima post dominicam, qua cantatur reminiscere, sub appensione nostri sigilli.

Honorabili viro domino preposito haelbergensis ecclesie Consules ciuitatis perlebergh cum decenti reuerencia quidque poterint obsequii et honoris. Protestamur presentibus, litteras veras super proprietate bonorum confectas et sigilli domini nostri comitis zwerinensis sigillatas concordare in omnibus cum exscripto superius scripto in tenore, et que dissensio habetur inter dominum iohannem vugken, vicarium in perlebergh, qui ipsum altare possidet et habet sibi collatum, et ipsos magistros guldarum, qui sunt fundatores et collatores ipsius altaris, de iudicio excessuum, qui in ipsis bonis contingunt, in excessum capitis aut manus tangencium, quis eorum eos merito iudicabit, vnde petimus vna cum ipsis magistris, quatenus examinata prius scripta copia littere nobis demandetis, quis eorum, aut collatores altaris aut altarista ipsius, merito tales excessus ad manum et caput tangentes debeat iudicare, quid vobis iuris de eo videtur nobis referentes. Datum anno domini M^oCCC^oXL^o, in die beatorum tymonis et iude apostolorum, nostre ciuitatis sub appensione secreti in testimonium predictorum.

Nach dem vom Superintendenten Liesegang in Perleberg mitgetheilten Originale.

XLVI. Notiz über Beleihung eines Bürgers zu Perleberg mit Hebungen aus der Münze zu Kyritz, vom Jahre 1333.

Anno domini M^o. CCC^o. tricesimo tercio, feria quinta post Martini, in prenzlo. Contulimus Jo. de Stendal, cui in Perleberg suisque veris heredibus viginti libras denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum in moneta nostra Kyritz quiete et pacifice perpetue possedendas, iuribus tamen nostris referuatis.

Nach Markgrafen Ludwig's I. Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XI.

XLVII. Notiz über eine von dem Markgrafen Ludwig der Stadt Prizwalk über Hebungen aus dem Dorfe Groß Stregenthin erteilte Bestätigung, vom Jahre 1335.

Anno M^o. CCC^o. XXX quinto, in Turgelo, in septimana pasche. Confirmamus ciuibus in prizwalg vnam litteram ipsis prius sub nouo sigillo datam super decem et octo frossis in villa magna